



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia XVIII. Ardor quærendi Filium, & bonum omen inueniendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

ELEGIA XVIII.

Ardor quærendi Filium , & bonum
omen inueniendi.

1. Dolar matris in quærendo filio.
2. Queritur nusquam vestigium solum ostendi.
3. Nonnemo Virgini insuffrat puerum in tem-
plo agere.
4. Bene ominatur Virgo è templi nomine.

Q Visquis ades, nostris aures ne claude quærelis,
 Et lacrymis oculos inde reclude tuos:
 Ac graue cor aperi iusto quem dicto, doloris;
 Quæque gemens patior, vulnera disce pati.
 Hei mihi ! viuacis numero tria saecula mortis :
 Tertia puniceis lux ubi surgit aquis.
 Roscida quot læso pede supprimo gramina pratis :
 Tot succos aloës exprimit inde dolor.
 Hinc bibulis venis haurit cor triste venenum,
 Quale dolor Myrræ, vel colocynthis alit :
 An tot delicias iucunda pueria fudit ;
 Hinc ut fella parens mortis amara bibat ?
 Exitus ô tristis ! quem fors vaga mutat in horas,
 Prima quod hora dedit, postera noxa rapit.
 Sim licet ipsa parens, tamen occupat alter alumnus:
 Et fruitur votis, ne fruar ipsa meis.
 Ante sed obscuro mors corpus auara sepulchro
 Hauriet, aut spinis induet hirta pedes :
 Quam via longinquis Gnatum mihi diuidat oris;
 Tollat & affectus auia terra meos.
 Cor ferus infectis quod si dolor appetat hamis:
 Id mihi pars certæ magna salutis erit.
 Stat lacrymis, stat voce loqui, stat rumpere voces.
 Cor tenerum duro dente momordit Amor.
 Sic gemit, in medijs ceu damula saucta dumis,
 Spinea cui læsus causa doloris Amor,

Pectora

Pectora nunc onerat votis, nunc ora querelis,
 Nunc oculos aetu, nunc coquit igne sinum.
 Nunc longum metitur iter, stadiumque laboris,
 Quot polus astra ; gerit corde tot ipsa faces.
 O quoties læui turbant iter omnia casus !
 Spes quoties duro pugnat in erma metu !
 O quoties iussas audire, & reddere voces
 Spes erat : & quoties futilis aura redit !
 O quoties ceu spina , nouos noua cura labores
 Parturit, & nullam spem timor asper alit.
 Sustineat tam grande nefas lux conscientia Diuūm,
 Nec radijs signet quæ regat umbra, Deum ?
 Præterim Solymæ turres ubi lustrat, & arces,
 Siue Sionæas ardua saxa domos.
 Ignaræ at Ramæ turres, nec conscientia Sion.
 Villa nec impresso stat nota sculpta solo,
 Mæandros hic mille iugis, & mille viretis
 Implicat, alternas cura remensa vias.
 Dein gemit ægra, grauesque sacrâ trahit yrbe labores,
 Virgo suburbanos ut fat obiuit agros:
 Et notos, simul ignotos appellat, & omni
 Colle redux, nullâ repperit arce Deum.
 Tum quis ut in populo quid lene susurrat in aurem:
 Penè manu tangis, quem pede cœca fugis.
 Haud procul hinc hæret Solymas ut opinor ad aras;
 Deprendi facilis per sua signa, puer,
 Sic ait ille, parens hec tum sub pectore voluit,
 Cui salit argutis pupula dextra modis.
 Quem rapuit templum, templum mihi reddet I E S V M.
 Sed quid opus templo ? gratior ara placet.
 Ara placet, quæ corde sedet, pia vota parentis,
 Gratus hæc omni farre, meroque litat.
 Quò Panchæa seges ? grandes quò thuris acerui,
 Et quid odoratis libat acerra focis ?
 Gutta vel una pijs oculis quæ stillat amorem ;
 Illa Deum suavi thuris ut igne, trahit.
 Disce quid inde nouâ vouchat puer arte parenti,
 Ipsa manus vulnus quæ dedit, addet opem.

Tanta redibit enim Gnato redeunte voluptas ;

Quantus ab amissio mœror, & error iit.

Tristibus & lœtis nam libra stat obvia rebus,

Pondus utrumque suum iustus adæquat amor.

(a) *Myrrha Virgo proibi impatiens, in arbustu-
lam sibi cognominem fngitur versa. Vnde amar& san-
cio ad solem cortice, lacrymæ deliquescunt.*

ELEGIA XIX.

B. Virgo optat pueri radio, voce,
vel redditu frui.

1. *B. Virgo suum dolorem declarat.*

2. *In eius solatium optat radium, vel pueri ad-
loquium.*

3. *I E S V M inuitat.*

4. *Esto absit, adserit tamen suo inhaerere cordi.*

Nescio maternis puerum quis diripit vlnis ?

Error id, an pueri ludus amantis erat ?

Ludus amantis erat, ludi mora longa, sed cheu-

Seria noxa, puer si fugit, error erit.

Sed via si sit certa, viæ foret error I E S V S :

Si fugit hic matrem, non fugit exul Amor.

Quidquid id est, lentis carpit mea viscera flamus.

Error agit curas, cor amor æger edit.

Et dolor ærumnis accedit ut Aetna, medullas,

Dum mea lux cæco deuia calle fugit.

O sit fas, tenuem radium de Numinè libem !

Gratus id quoquis sidere sidus erit.

Aut saltam liceat dulces haurire susurros !

Grande Dei Verbum, quid puer ora premis ?

Ipse vides, certe votis quam parca superstes

Sit mensura meis, dona nec vlla votis ?

Quid minus ah opem ? cui maxima maximus infans

Offerat, ab puerò qualia dona fero !

Quid